

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 8. An ratio cur Deus cognoscat contingentia absolutè futura, sit quia
sunt Deo realiter ab æterno præsentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Causa se-
cunda non
eget praevio in se-
ipsum & operetur & determinetur ad ope-
randum: sed tantum eget Dei concursum ad
eundem effectum. Si autem libera est, debet

dum præquisitis, non potest non operari,
ideoque non eget prævio in se-
ipsum & operetur & determinetur ad ope-
randum: sed tantum eget Dei concursum ad
eundem effectum. Si autem libera est, debet
seipsum determinare, & non eget prævio in se-
ipsum, quo determinetur. Quod
si ad aliquos actus eget prævio in se-
ipsum & auxilio præueniente, ut ad actus supernaturales,
quos non potest solis viribus suis natu-
ralibus exercere: auxiliu illud præueniens,
ut sit accommodans humanæ libertati, debet
esse tale, vero posito voluntas possit non
operari, & dissentire si velit, ut docet Tri-
dent. sess. 6. cap. 5. & can. 4.

68. Ad probationem antecedentis Respondeo,
si per magis perfectam actualitatem, intelligat
magis perfectam entitatem; falso est
operationem, sive actum secundum, habere
magis perfectam actualitatem, quam habeat
actus primus, qui præsumque secundo perfe-
ctior est. Sin autem intelligat actum secun-
dum esse præse actum, & non esse potentiam
ad agendum, sicuti est actus primus: Respon-
deo, non inde sequi quod actus primus non
possit esse principium tali operationis quan-
tum ad ultimam suam actualitatem, id est,
quoad suam rotam entitatem, sine prævia &
actuali motione, nisi agentis, quia virtus il-
lius operari compleatur. Nam potius video
actus primus potest producere secundum, quia
est potentia ad illum producendum. Diceret
alio quod non est potentia completa &
sufficiens, sine prævia Dei motione, est ini-
utiliter præse principium, & assurere ut me-
diuum probatum, illud ipsum quod provan-
ditur incumbit.

69. Secundum, Respondeo negando ante-
cedens: ad cuius probationem dico, à causa
indeterminata non posse oriiri effectum de-
terminatum, nisi vel ab alio determinetur,
vel possit seipsum determinare. Ea verò est
natura causarum liberarum, ut possit omnibus
ad agendum præquisitis, possint agere
vel non agere, id est, ad alterutrum se pro li-
bito determinare. Causa autem necessaria
determinantur ad agendum, eò ipso quod
adsunt omnia ad agendum præquisita: quippe
qua, illis omnibus possit, non possunt
non agere: suntque ex natura sua determinatae
& necessitatae ad agendum in illis circumstantijs.

70. Ad tertium, Respondeo causas secundum, sub
ordine natas primæ causæ, duplice agere in
virtute primæ. Nempe quatenus ab ea acce-
perint virtutem operandi, qua habent: &
non agent nisi eadem comunicante, aut con-
seruante vim illis data, ac concurrente cum
illa, ad id omne quod operantur. Vnde sequi-
tur debere quidem primæ agere prius, quam
agat secunda: quatenus solum natura prius
debet producere causam secundam, illigere
vel conseruare virtutem operandi: sed
non sequitur quod quando concurredit cum se-
cunda potenter iam operari, debeat natura
prius illum mouere, aut intuire in effectum:
quod erat probandum. Quid verò est opus

illa præmotione causis necessarijs, que
positis omnibus ad agendum præquisitis
non possunt non agere? Causæ verò liberae
debent se ipsas mouere & determinare. Ac si
præmouentur ad aliquos actus liberos, putâ
ad actus supernaturales, ad quos mouentur
inspirationibus diuinis & gratijs seu auxilijs
præuenientibus: debet illa præmotione esse ta-
lis, ut voluntatem non determinet, sed lo-
cum relinquit eius libere determinationi, &
motioni sui ipsius: adeo ut possit inspira-
tionem & motionem diuinam abijcere, si vellet,
ut definit Trident. locis sapientis citatis.

SECTIO VIII.

An ratio cur Deus cognoscat contingentia abso-
lutæ futura, sit quia sunt Deo realiter
ab aeterno praesentia?

A Firmans Caet. p. 14. a. 13. §. Ad ha-
bentes obiectiones: Batitez ibid. §. Antequam, &
concl. 4. Fetrar. lib. 1. contra Gentes, c. 66. Batitez.
& 67. Abulensis. in c. 11. Iosue, q. 68. & 76. Batitez.
Cathar. in opuscul. de præscientia, Cumel To-
mo 1. variagum, in disputacione, Veram Deus Cathar.
habebat scientiam futurorum contingentium, dubi- Cumel.
1. annexo ad 4. conclusionem, Aluares lib. Aluarez.
2. de auxilijs discut. 8. Ledesma disp. 2. de
scientia futurorum conting. dub. 1. ad secun- Ledesma.
dum argumentum difficultatis principalis:
Nazarens. Gonçales. Nauarret. & alij Recentio- Deuon.
res Thomistæ communiter, qui præcipue
monstrant ad ita opinandum authoritate D.
Thomæ: putant enim hanc esse germanam ipsius sententiam a. 13. q. 14. Addunt aliqua
testimonia Patrum, & rationes, quarum
præcipias infra subjiciemus.

Contraria & vera sententia est communiter rea-
liquorum Theologorum, ut faceretur Batitez.
Supra Ita enim tenet Alexander Alesius, D. cognoscit.
Bonavent. Scot. Durand. Aureol. Gregor.
Ariminens. Gabriel. Corduba, & alij quos tingent
citant & sequuntur Suares lib. 1. de scientia
futurorum conting. cap. 7. n. 4. Vsq. 1. p.
disp. 64. c. 3. Fasolus q. 14. art. 13. dub. 8. presentia
Arrubal disp. 41. c. 4. Hereticus disp. 6. n. 56. Suares.
& alij scriptores nostra Societatis. Probatur
evidenter, primo, quia quod non est realiter
ab aeterno, non est Deo præsens realiter ab aeterno.
Hed futura non sunt realiter ab aeterno.
Ergo illa præstatio, quæ falsa est, non est
De ratio cognoscendi futura contingentia.
Minor est certa fide diuina, quæ docet omnia Nulla res
creata ceperisse esse realiter, seu existere in creata est
tempore, quia fugrunt in tempore producta:
producit autem est accipere esse realiter, in
principio creavit Deus celum & terram, Genes.
1. v. 1. Dominus posedit me in initio viarum sua-
rum, antequam quicquam faceret a principio. Ab
eo in ordinata sum, & ex antiquis antequam
terra fieret, Proverb. 8. Prisquam montes
fierent, aut formaretur terra & orbis, a se-
culo & usque in seculum tu es, Psalm. 89.

Maior verò est eidens ex terminis. Quicquid enim est præsens realiter, necessariò est realiter, quando & quandiu est præsens. Ille enim terminus, esse præsens realiter, significat in recto rem quæ est præsens, & in obliquo connotat aliam cui præsens esse dicitur: estque vel relatio æquiparantia habens simile fundamentum in utroque extremo, nempe realem utriusque existentiam sibi mutuo respondentem. Nihil est denominatio extrinseca, sumpta à reali coëxistentia virtusque. Nam præsentia realis, de qua loquimur, est præsentia durationis, in eo consistens, quod vna res existit aut durat, quando alia existit aut durat: hoc est, vna alteri coëxistat. Quicquid autem est alteri præsens secundum durationem, durat quandiu est illi præsens secundum durationem. Estque eidenter impossibile ut sit nunc præsens secundum durationem, si non habet nunc durationem. Et quicquid alteri coëxistit, existit: & tandiu existit, quandiu illi coëxistit. Itaque si res creata non extiterunt ab æterno, vt certum est fidei divina, non coëxtiterunt Deo ab æterno.

Probatur secundò, quia id de quo verum fuit aliquando dicere, non est, aut nondum est; non fuit Deo præsens realiter, id est, secundum realēm existentiam & durationem ab æterno. Atqui ade rebus creatis verum fuit aliquando dicere, non sunt, aut nondum sunt: ergo res creatae non fuerunt Deo realiter præsentes ab æterno. Major est eidens, quia non possunt duo contradictoria simul de eodem verificari: quare impossibile est esse rem præfente realiter secundum realēm existentiam & durationem, tunc cùm dicitur illa, verum est dicere, non est, aut nondum est, id est, nondum habuit realēm existentiam. Minor patet ex Scriptura, Proverb. 8. *Nondum erant absit, & ego iam concepta eram. Adhuc tergeminus non fecerat, & flumina &c.* Patet etiam eidensi ratione, quia quod purè futurum est, nondum est, sed erit suo tempore. Creaturæ autem, antequam fierent, erant purè futura: quemadmodum illæ quæ nondum sunt produnctæ, sed sicut suo tempore, sunt adhuc purè futura & vt Antichristus, eiisque persecutio. Ergo non potuerunt à Deo cognosci ab æterno, tanquam realiter ab æterno sibi præsentes. Confirmatur, quia eidens est longè ante se habere ab eadem existentiam & durationem, ipsam Dei cognitionem de rebus futuris respectu ipsius existentia diuinæ: & aliter ipsa futura, respectu eiusdem existentia diuinæ. Nam de diuina cognitione quā nouit futura, non patet verè dici quod Deus aliquando existit, & non fuerit illa cognitione. At de futuris Scriptura dicit Deum fuisse antequam quicquam faceret, & nondum fuisse abyssos, cùm diuina sapientia iam erat, Proverb. 8. & Deum fuisse priusquam montes fierent, ut formetur terra & orbis, Psal. 89.

Probatur tertio, quia fundamentum

principium Adversariorum, evidentius nullum est. Aliunt enim æternitatem esse realiter indivisiabilem, & totam simul, complectem in sua simplicitate omnes temporum differentias, præsentis, praeterti, & futuri: ita tamen ut bibil sit in illa præsens, aut futurum. Ex quo inferunt nihil respectu æternitatis esse futurum, aut præteritum: & quicquid aliquando existit, coëxistere æternitati toti ac totaliter; quia æternitas caret partibus, quarum unū possit creature coëxistere & non alteri. Inferunt denique præsentiam illam, utrum in æternitate, est Deo sufficientem rationem illas cognoscendi ab æterno, quia ha bent esse determinatum, & realiter Deo præsens in eius æternitate, quæ est mensura cuiuscunque cognitionis diuinæ.

Contra quæ dico primò æternitatem esse, 75. quidem formaliter realiter simplicem & diuisibilē, totamque simul quoad physicam suam entitatē: quippe quæ non constat partibus quæ alia alijs succedant: sed nihilominus esse virtualiter & æquivalēter amplam, & extensam in infinitū: & etenim continere in sua simplicitate omnes temporum differentias, quatenus actu ita se habet, vt sine sui mutatione, & augmēto durationis diuinæ, sit completere potens respondere ad æquatē & coëxistere tēpō infinito, si daretur, vel creaturis alijs ante alias in infinitum creabilibus. Quemadmodum immensitas diuina, licet realiter formaliter, seu physicē complexe & diuisibilis, virtualiter tamen æquivalēt spatiis infinitis creabilibus: ita vt Deus per suam immensitatem habeat quicquid a parte sui necessarium est, vt sine illa variatio ne suis sui intrinseci, ad æquatē respō. Neat intimè toti mundo creato, & alijs corporibus infinitis extra mundum producilibus. Sed hinc malè intetur, quicquid aliquando existit, coëxistere æternitati toti ac totaliter, non modo quoad totum illius esse physicum, sed etiam quoad extensionem, virtualem, & diffusionem infinitam, interminatam ante & post, secundum quam præcessit infinitè existentiam & durationem rerum creatarum. Sicut ex eo quod quicquid alicubi est, coëxistit intimè Dei immensitati toti formaliter realiter, seu physicē, quia simplex realiter formaliter, siveque indivisiibilis est: Malè intetur coëxistere toti Dei immensitati virtualeiter, id est, tantum diffundi, quanta est diffusio & extensio virtualis immensitatis diuinæ: atque esse ubique, sicut Deus ubique est, extrāque mundum in infinitum diffundi. Sanè vero Aduersarij non dicunt, nec sine hæresi dicere possunt, creaturas esse ubiq; quod qui de ipsa Christi D. humanitate afferunt, habent pro hæreticis, dicunturque nomine sui erroris, Ubiquitarij. Et tamen est de fidem creaturam quælibet intimè adesse diuinæ immensitati alicubi: nempe ubi creatura illa existit. Quemadmodum ergo id quod alicubi existit,

Æternitas
Virtualiter exis
ta in infinitu
m.

Non quic
quid coë
xistit eten
nitati,
coëxistit
toti eius
extensioni
virtuali.

adest intimè toti immensitati realiter formaliter, id est, responderet intimè immensitati diuinæ carenti partibus: sed non adest toti virtualiter, id est, non est ubi cunque immensitas est: nec tam late patet, quæ se diffundit immensitas diuina per replicationem infinitam sui esse inuisibilis: Ita quod aliquando existit, coëxistit quidem aternitati toti realiter formaliter, & physicè, quando existit, id est, aliquando est, quando aternitas est secundum totam suam entitatem: sed non toti virtualiter, & secundum infinitam eius replicationem, quæ durat infinitè: id est, non existit quandiu aternitas existit: sed in tempore incipit illi coëxistere, quando accipit esse & definit illi coëxistere, quando definit esse. Quod enim non existit, non coëxistit alteri.

Dico secundò, ex eo quod aternitas sit in ipsa formaliter inuisibilis, & non sit in ipsa futurum & præteritum formaliter, quia caret partibus prioribus & posterioribus: male in inferni nihil esse futurum aut præteritum respectu illius: id est, creaturas, antequam sint, non esse futuras respectu aternitatis prout existentis: & creaturas, quæ desierunt esse, non esse præteritas respectu aternitatis post illas persistentes. Male item infertur aternitas, cum ipsam non esse durationem anteriorem creaturis futuris, quatenus virtuali extensione sua durationis infinitè illi præexistat; & posteriore, id est, superfluum, creaturis definitibus, quatenus illi per eunus perseruerat in esse. Priorem, inquam, & posteriorem, non pure, & cum negatione coëxistentia cum ipsisdem creaturis in tempore quo existentes: sed priorem illis pro tempore quo pondum sunt: praesentem pro illo quo sunt, & posteriorem pro tempore quo non amplius sunt.

Dico tertio, ex fundamento Adversarium sequeretur, quæcunque res creatæ existunt, coëxistere toti tuo Angelorum, & esse semper Angelis praesentes realiter: ac proinde posse ab illis naturaliter futura cognosci, qui possunt Angelis naturaliter cognoscere futura, etiam libera, sicut ex aeterna, quando habent illa sibi realiter praesentia, & sine dubio cognoscunt illa quando actu sunt & existunt. Proba antecedens. Quia zuum, id est, duratione intrinsecæ Angelorum, est realiter formaliter, & physicè inuisibile, ut alibi demonstrabitur: est enim ipsamnet entitas Angelii, quæ formaliter eo quod non definit esse, durat seu permanet in esse; quæcumque alio, re vel ratione distinctio, circumscripicio. Ergo actus liber, qui hodie fit, coëxistit toti tuo Angelii qui ab inicio mundi hucusque durauit, & in aeternum durabit. Ergo fuit realiter praesens & coëxistens Angelus ab inicio mundi. Ergo Angelus potuit naturaliter illum cognoscere ab inicio mundi, quia potest Angelus naturaliter cognoscere obiecta naturalia sibi realiter praesentia, exceptis forte secretis cordium, de quibus fugiō. Est autem

evidenter falsum quod v. g. deambulatio, vel comestio hodierna, existeret ab inicio mundi, & Angelo iam tunc coëxiterit, praesens iam realiter secundum suam durationem. Est item falsum, & contra Scripturam, dicere quod Angeli cognoscant naturaliter futura libera. Repugnat enim illud Isai. 41. v. 23. Annunciate quæ ventura sunt, & dicemus quia Dij estis. Et Marc. 13. De die auem illa nemo scit, neque Angeli Dei.

Quartò, si creature sunt realiter Deo praesentes ab aeterno, quia quando existunt, coëxistunt aternitati, quæ est realiter inuisibilis & tota simul: ergo sunt pari ratione non praesentes realiter ab aeterno, quia quando non existunt, existit aternitas, quæ est realiter inuisibilis & tota simul. Ergo sunt realiter Deo praesentes ab aeterno, & non sunt realiter Deo praesentes ab aeterno, quod implicat. Eodem argumento applicato ad aternitatem comparata cum creaturis, quando sunt futurae, praesentes, & præterita, probaretur esse simul ab aeterno realiter praesentes, præteritas, & futuras, quod evidenter implicat.

Adhæc duo respondent Thomistæ primi, cum dicitur creature fuisse ab aeterno Deo realiter praesentes ab aeterno, id non significare aliquid nostri temporis, aut nostram durationem quæ extiterit ab aeterno: est enim falsum quicquam tale fuisse ab aeterno: sed significare instantis diuinæ aternitatis: vel ut alij volunt, id non significare existentiam creaturarum in propria durationis sua mensura, sed in aliena, scilicet in instanti aternitatis. Secundò, respondet Caetan, licet Angelii substantia mensuratur aeternum, quod est duratione carens partibus, & tota simul ac inuisibilis, cui res futurae sunt praesentes, ut Dei aternitati; tamen eius cognitionem non mensurari cädenti duratione, sed instanti ensis discreti: ac prouinde non sequi absurdum, quod ex eius sententiæ dedoximus supra numero 67.

Sed contra primum insto, manifestè implicare creature fuisse ab aeterno Deo praesentes realiter, id est, non tantum obiectuè, sed secundum existentiam suam realem & actualem, de quâ praesentia questione est: & non fuisse praesentes secundum propriam existentiam, ac secundum propriam sua durationem mensuram, id est, magis propriè loguendo, secundum propriam durationem quâ mensurari possunt, aut mensurare durationem alienam. Etenim non sunt praesentes per hoc solum quod Deus existit: sed per hoc quod habet existentiam propriam, quâ ipsi coëxistunt, quandiu simul cum Deo existunt.

Contra secundum dico, praesentes obiecti, quæ requiruntur ab Angelo, tanquam ratio sufficiens illud cognoscendi, esse praesentiam realem, i.e. coëxistentiam obiecti cum Angelii substantia, quæ praesentia mouet Angelum ad cognoscendum, estque naturæ prior cognitione tanquam illius causa excitativa determinativa: & consequenter est causa

alterius præsentia, seu coëxistentia inter ipsam cognitionem & obiectum. Ergo dictamen allatum à Caetano nihil illi profert ad vitandum incommodum quod deduximus: nempe quòd Angeli potuerunt naturaliter præscire futura libera, si ipsa semper sunt realiter præsentia ipsorum durationi, vi potè indiuisibili.

S E C T I O N I X.

Satisfit praecipuis Thomistarum objectionibus.

Obijciunt primò aliqua testimonia D. Thomæ, quorum præcipua hæc sunt: quæst. 14. a. 9. in corp. sic ait: *Cum Dei cognitio mensuretur aeternitate, qua est tota simul, & omne tempus comprehendendi: fertur in totum tempus, & in omnia quæ sunt in tempore, sicut ob- & sta sibi præsentialiter subiecta.* Et a. 13. in corp. sic habet. *Omnia quæ sunt in tempore, sunt in Deo præsentia ab eterno, non solum quatenus rerū ratio-nes habet apud se presentes: sed quia eius intuitus fertur ad eterno super omnia prout sunt in sua præ-sentialitate.* Et in solutione secundi argum. *Res contingens inquit, subest duius scientia prout est in sua præstantialitate.* Notant autem S. Thomam non loqui de præstantialitate obie-ctiva, quæ est dēnominatio extrinseca, tumpta ex cognitione ipsa. Alioquin enim S. Doctor peteret principium, probaretque Deum cognoscere futura, quia cognoscit fu-tura. Nam futura esse illi ab æterno præsen-tia obiectivæ, nihil est aliud, quām futura ab ipso cognosci ab æterno.

Respondeo, verum D. Thomæ sensum il-
lum esse quem alio eximus. Nimirum
futura, eo ipso quod aliquando existunt, sunt
quæ tunc realiter æternitati eius præsentia,
tam esse proportionata intellectui diuino, ut
ab ipso videantur ab æterno; quam funga-
bis proportionata ea quæ nobis coexistunt, &
realiter nobis obuersantur, ut ea tunc intuea-
mur: quia diuino intellectui nihil virtutis
intelligendi accedit in tempore, sed ratione
sua æternitatis habet ab æterno tantum vir-
tutis ad cognoscenda futura priusquam exi-
stant, quæcumq; habet eo tempore quo existunt.
Nemo autem dubitat, tunc à Deo videri. Ha-
bet denique tantam intelligendu vim, & ma-
ior em, quæ nullis illis quæ de modo accedit An-
gelis vel hominibus, per adiunctionem ob-
iectorum realiter existentium, & ad sui co-
gnitionem aliquo modo congerientium. Lo-
quitur itaque S. Thomas de præstantialitate,
non obiectiva in actu secundo, quæ est deno-
minatio extrinseca, sumpta à cognitione
de rebus, formâ denominante: sed de pra-
stantialitate reali, vel obiectiva solùm in actu
primo: quatenus præsentia realis obiecto si-
futurorum, quamvis temporeanea, est Deo
sufficiens, ratione sua æternitatis, satisque
proportionata, ut ab ipsò cognosci possint
perfectissimè ab æterno, perinde ac si ab æ-
terno essent illi realiter præsentia.

Respondeo secundò, contrariajam expositiōnē Thomistarū recentiorū de p̄ficiā reali futurorum ab eterno, esse Contra antiquissimos Thomistas contemporaneos D. Thomas, vel ius statī vicinos. Nam Aegidius Romanus, qui fuit auditor D. Thomae, eiusque doctrinā propugnator eximius, in opusculo contra corruptiōnēm doctrinā S.

¶ Item a. 3. sic ait, circa 14. uero citatum in ob-
iectione ex a. 13. q. 14. Ex his patet quod D.
Thomas non intendebat, prout isti illis falsis impo-
nunt, quod omnia quia sibi inuenientur succedunt in tem-
pore, in natura propria coexistere in aeternitate, li-
cet eorum presentiam aeternaliter intueatur Deus,
& sic omnia illi dicamus presentia. Et Heraeus,
qui non multo post mortem D. Thomae,
quinquaginta circiter post anni, doctrinam
eius contra Henricum Gandavensem & Du-
randum, defendendam suscepit, sic scribit
Heraeus

*iuxta illius sententiam in 1. dist. 38. q.
§. Quantum ad tertium? Dupliciter intelligi
potest aliquid esse praesens Deo; ut modo
per existentiam realem in suo esse: & sic non
coexistunt res alias a Deo, ipsi Deo ab aliis
modo possunt dici res praesentes
Deo ut intuitui, sive per intuitionem:
& sic omnia futura sunt Deo praesentia,
non solum quantum ad suas rationes quid-
ditiuas, sed etiam quantum ad suas existen-
tias actuales, secundum intuitionem. At-
que hunc est verum D. Thomae sensum te-
statutus Sylvester, insignis Thomista, Caie-
rani contemporaneus eius Concordat. P. Sylvest;*

et contemporaneus, in Corollario Lectio-
nae S. Thomæ p. 5. q. 14. a. 16; vbi expo-
nens verba S. Doctoris in obiectione allata
ex a. 13. sic ait: *Sensus D. Thomas planissimus*
& apertus est ille, quem iamdiu expressit & clara-
rur discipulus S. Thomas Hernani. Expositio
post: *Istud dictum (S. Thomæ artic. ill. o. 3.)*
fuit occasio errandi, & putandi quid Datus
Thomas intelligat presentiam ut esse reali (ab
aeterno) quod non est verum, sed vidi dicere, quod
*Deus non solum habet praegentes rationes futu-*rum,* qui representant corum quidditates & sed*
*etiam per illas fertur supra presentia iudicata & exis-*tentias.* Quia hic sensus est necessarius, alius au-*tem* est ingeogibilis, quem nullus Thomas pra-*patur,* prater unum, auctor est affirmare: qui
ex illo videtur sequi aliquid contra fidem, hoc
est, creaturas fuisse ab aeterno. Hucusque Sy-*vester, qui per illum unum, intelligit Ca-*cietatum, qui sensum illum, quem anteā**
sub dubio tantum & cum formidine pro-
posuerat Capitulo in I. dist. 36. quast. I. a. Capitulo
2. velut notam lucem de celo sibi affulgentem
securus est, loco supra citato. Sed
non bene probauit spiritus si ex Deo sint:
Interdum autem mali se transformant in
Angelos lucis. Neque bene consuluit do-
ctrina S. Thomæ cum impegit illi senten-
tiam, vel ipsius Svdustri, Magistris sacri
Palatij, & Censoris Pontificij, iudicio
eratneam, fideique aduersum.*

Obijcunt secundò illud Augustini lib. 2 ad Simplicianum, q. 2. Res Domini non sunt futura sed præsenes, cum Deus omnia tempora p[re]dicta habeat. 84.